exsolvatur. Quod autem hec nostra ordinatio firma teneatur, .....[a]) per sigillum domini lantgravii timeatur .....[b]). Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. CC. XXIII.

(S.)

## 319.

*Landgraf Ludwig giebt seine Zustimmung dazu, daß Kaiser Friedrich dem Grafen Gerhard von Geldern die Verlegung des Zolles von Arnheim nach Lobith bewilligt habe.* [1223.]

*Hdschr.: Kop. Cartul. des Herzogth. Geldern MsB 22 No. 106 (Saec. XV) Staatsarchiv Düsseldorf. Böhmer-Ficker 1462.*

*Anm.: Das undatirte Diplom gehört zur Urkunde Kaiser Friedrichs 1223 März (Böhmer-Ficker 1462), nicht zu derjenigen von 1222 April (Böhmer-Ficker 1384), was die theilweise Uebereinstimmung des Wortlautes mit der ersteren ergiebt. Vergl. hierzu auch No. 323.*

L[udovicus] dei gratia lantgravius Turingie, palatinus comes Saxonie omnibus presens scriptum intuentibus salutem in domino. Ad ignorantie scrupulum amputandum universis cupimus innotescere, quod dominus noster Fredericus Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie[a]) nobili viro Gerardo comiti Gelrensi ob preclara servitia, que in primordio sue exaltationis ei sub magno rerum et terre sue dispendio exhibuit, theoloneum, quod Otto pater suus et ipse apud Arnhem ab imperio tenebant in feodo, de nostro et aliorum principum consilio ad villam, que Lobede dicitur, Traiectensis dyocesis, transferendum concessit, ut illud ibidem ipse et sui heredes percipiant et ab imperio perpetuo teneant iure feodali. In cuius rei testimonium presenti carte sigillum nostrum fecimus appendi.

## 320.

*Kaiser Friedrich II. schreibt dem Papste Honorius III. über seine Vorbereitungen für den Kreuzzug und ersucht ihn, seinerseits die Anregung desselben bei dem Landgrafen von Thüringen und anderen deutschen Fürsten durch den Abgeordneten Deutschordensmeister Hermann und bei den Großen Englands und Frankreichs durch den König von Jerusalem nachdrücklicher als bisher zu befördern.*

*Hdschr.: Reg. Honorii III. IV. 178 ep. 383. Vatikan. Archiv.* **Catania, 1224 März 5.**

*Gedr.: Winkelmann, Acta imperii 237. Böhmer-Ficker 1516.*

— — Propter quod eundem magistrum (Theutonicorum Hermannum) de tam arduo negotio utile vidimus onerandum, iniungentes ei legationem ad principes faciendam, scribentes et promittentes per eum duci Austrie, lantgravio Thuringie ac ceteris principibus nominatim nec non regi Ungarie ac suis magnatibus ad Terre Sancte subsidium transituris passagium, victum, pecuniam et alia necessaria in regno nostro liberaliter exhibenda, prout idem magister, quem ad vestram prius presentiam destinamus, proponet in conspectu vestro singula singillatim. — — Datum Cathanie quinto die martii duodecime indictionis.

318. *a) Aus dem Pergamente herausgeschnitten gegen 27 Buchstaben. b) Aus dem Pergamente herausgeschnitten gegen 37 Buchstaben.*

319. *a)* Cecilie *Kop.*